



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica Septuagesimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

verè tamen à Deo puniuntur. *Dictio-  
nar. Apostolic.*



# DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

**T**HESIS I. *Pares illos nobis fecisti. Invidia.*  
Matth. 20. v. 12. I. Invidus à  
à Christo separatur. II. Cœlesti feli-  
citate privatur. III. Inferni doloribus  
cruciatur. *Vivien. Tertull. Præd.*

**T**HESIS II. *Hi novissimi una hora Opera.*  
fecerunt. Matth. 20. v. 12. *Operarius*  
ille *Segnis* est, *cujus* plura opera plus  
unò non valent. II, Ille verò *Strenuus*,  
*cujus* unum Opus pluribus par est. *Dí-  
dac. Niss. l. 11. Vit. Abraham. c. 1.*

**T**HESIS III. *Exiit primò manè con- Labor.*  
ducere *Operarios*. Matth. 20. v. 1. Non  
possumus nos eximere à labore quâ  
*Homines*, quâ *Peccatores*, quâ *Christiani*.  
Quatuor causæ nos ad agendum nego-  
tium Salutis nostræ compellunt, & qui-  
dem sine intermissione. I. *Locus*, in  
quo degimus. II. *Gratiæ* in hunc finem  
à Deo nobis concessæ. III. *Præmia*  
E labori

labori nostro destinatum. IV. Supplicia otiosis in re tanti momenti, qualis est Salus nostra, decreta. *Desiderii occidunt pigrum, noluerunt enim quidquam manus ejus operari. Prov. 21. Bretevilis.*

*Avaritia.* THESIS IV. *Quòd plus essent accepturi. Matth. 20. v. 10. Avarus est. Omnia Mandata Dei transgreditur, quae præcipiunt Pietatem erga Deum, Sobrietatem erga semetipsum, Equitatem erga Proximum. II. Omnes Virtutes aggreditur, tres Theologicales, quatuor Cardinales, Morales. III. Omnia Vicia prosequitur, nam divitiæ considerari possunt, antequam comparantur, dum comparantur, postquam sunt comparatæ, avarus autem peccat in quovis hoc triplice statu. Vivianus Tertull. Prædic. Verb. Avarus.*

*Avarus.* THESIS V. *Quòd plus essent accepturi. Matth. 20. v. 10. Avarus est Idololatra. I. Nam propter divitiæ Deum contemnit; cum mandata transgreditur, beneficijs abutitur, Divinas Personas aggreditur. II. Divitiæ Deo preponit; dum divitiæ plus, quàm Deum æstimat; in divitiis plus, quàm in Deo sperat; divitiæ plus, quàm Deum*

Deum amat. III. Divitias religiosè  
colit; quia divitijs obtemperat, divi-  
tias adorat, divitijs sacrificat. *Id.*  
*ibid.*

THESIS VI. *Tota die otiosi.* *Matth. Otium,*  
20. v. 6. Depravatur Tempus I. Ma-  
lè agendo. II. Nihil agendo. III.  
Aliud agendo. *Id. verbo Christianus. Conc.*  
*5. part. 2.*

THESIS VII. *Amice, non facio* *Judicia*  
*tibi injuriam.* *Matth. 20. v. 13. Apo-* *Divina.*  
*logia Divinorum Judiciorum. Vide*  
*Juglarem feria 4. post Dom. Passionis.*

THESIS VIII. *Voca Operarios.* *Labor.*  
Sacra Scriptura dicit I. quòd in Baby-  
lonia aliqui laborent instar *Aranearum:*  
*Telas aranearum texuerunt.* *Isai. 59.* hi  
sunt comptuli, fæminæ, qui plures  
horas infumunt, sese ornando. II.  
Alii laborent veluti *tinea:* *edificavit si-*  
*cut tinea domum suam,* *Job 27.* hi sunt A-  
vari. III. Alii laborent ut *Muli* mo-  
lam trahentes in molendino: *in circui-*  
*tu impii ambulant.* *Pf. 11.* hi sunt Ama-  
tores.

THESIS IX. *Misit eos in vineam.* *Vinum.*  
*Matth. 20. v. 2.* *Anacharsis dicere*  
E 2                      soli

solitus est ; Vitem quatuor proferre  
 uvas. I. Primam ad Sanitatem. II.  
 Secundam ad Ebrietatem. III. Ter-  
 tiam ad Infirmi- tatem. IV. Quartam  
 ad Paupertatem.

*Pauci ele-  
 cti,*

THESIS X. *Pauci verò electi*, Matth.  
 20. v. 16. Hæc veritas tenet in tripli-  
 ci consideratione. I. Nam ex omni-  
 bus omnino *Hominibus* Pauci electi. II.  
 Ex omnibus *Christianis* Pauci electi. III.  
 Ex omnibus *Catholicis* adultis Pauci e-  
 lecti. *La Selve hîc tom. I. fol. 177.*

*Invidia,*

THESIS XI. *Pares illos nobis fecis-  
 sti*, Matth. 20. v. 12. Invidia tres  
 gradus habet. I. Primus est, quando  
 quis invidet proximo Bonum *Tempora-  
 le*. II. Secundus, quando quis invi-  
 det Bonum *Spirituale*, puta ingenium,  
 Scientiam &c. III. Tertius, quando  
 quis invidet Bonis proximi *Supernatu-  
 ralibus*, qualia sunt Gratia, Virtus,  
 Perfectio, Sanctitas. *Craſet. Confide-  
 feria 4. post Septuages.*


*Labori*

THESIS XII. *Voca Operarios, &  
 redde illis mercedem*, Matth. 20. v. 8. I.  
 Sunt Operarii, qui laborant solùm pro  
 mercede terrena. II. Sunt, qui inſe-  
 liciter

liciter laborant pro peccato obrinendo. II. Sunt, qui pro terra & cælo simul laborare non cessant.

THESIS XIII. *Murmurabant.*  
 Matth. 20. v. 11. I. Murmurationes *Egenorum* sunt oppositiones Gratiae Paupertatis. III. *Agrorum* oppositiones Gratiae Martyrij. *Diction. Apost.*

THESIS XIV. *Tota die otiosi. Tempus.*  
 Matth. 20. v. 6. I. Oportet non profanare Tempus, quod Deo debemus. II. Oportet non suffurari Tempus, quod proximo debemus. III. Oportet non dilapidare Tempus, quod nobis concessum est pro Salute æterna. *Diction. Apostolic.*



## DOMINICA SEXAGESIMÆ.

THESIS I. *Qui habet aures audiendi, audiat, Luc. 8. v. 8. Quatuor sunt Auditorum differentia.* I. Quidam *Audiunt*, sed non retinent, ut *obliviosi*. II. Quidam *Audiunt*, & *Retinent*, sed non faciunt, ut *Desidios.*  
 E 3 III.